**S**i quis autē turpē se uideri existimat sup uirgine sua qd̄ sit supadulta. et ita oportet fieri: qd̄ uult faciat. Non peccat: si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus. n̄ habens necessitatē. potestatē autē habens sue uoluntatis. et hoc iudicauit in corde suo seruare uirginē suā: benefacit. Igit̄ q̄ matrimonio iungit uirginē suā: benefacit. Et q̄ n̄ iungit: meli' facit. Mulier alligata ē. q̄nto tēpore uir ei uiuit. Qd̄ si dormierit uir ei libata ē. Qui uult nubat: tantū in dño. Beatior autē erit: si sic p̄manserit scdm̄ meū consiliū. Puto autē qd̄ et ego sp̄m dei habeam.

**D**e his autē qui idolis sacrificant scimus: qm̄ om̄s scientiā habemus. Scientia inflat: ca

ritas uero edificat. Si quis autem se existimat scire aliquid: nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire. Si quis autem diligit dominum hic cognitus est ab eo. De esca autem que idolis immolantur: scimus quia nichil est idolum in mundo: et quod nullus deus nisi unus. Nam et si sunt qui dicantur dii, siue in celo siue in terra, si quidem sunt dii multi et dominum multi: nobis tamen unus deus pater ex quo omnia, et nos in illo, et unus dominus ihesus christus, pro quem omnia, et nos per ipsum. Sed non in omnibus est scientia. Quidam autem conscientia usque nunc idoli quasi idolothita manducant: et conscientia ipsorum cum sit infirma pollutur. Esca autem nos non commendat deo. Neque enim si non manducauerimus deficient: neque si manducauerimus abundabimus. Videte autem ne forte hec licentia uestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis uiderit eum qui habet scientiam in idolothita recumbentem, nonne scientia eius cum sit infirma edificabitur ad manducandum idolothita, et peribit infirmum in tua conscientia frater propter quem christus mortuus est? Sic autem peccantes in fratribus et percipientes conscientiam eorum in firmam: in christo peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum non manducabo carnem in eternum, ne fratrem meum scandalize.

**N**on sum liber: non sum apostolus. Nonne christum ihesum dominum nostrum uidi? Nonne opus meum uos estis in domino? Et si alius non sum apostolus: sed tamen uobiscum. Nam signaculum apostolatus mei uos estis in domino. Mea defensio apud eos qui me interrogant: hec est. Nunquid non habemus potestatem manducandi bibendi: nunquid non habemus potestatem sororem mulierem conuocandi sic uti apostoli: iherosolimitanus cephas. Aut solus ego et barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendijs unquam? Quis plantat uineam, et fructum eius non edit? Quis pascit gregem, et de lacte eius non manducat? Nunquid secundum hominem hec dico? An et lex hec non dicit? Scriptum est enim in lege moysi. Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos utique dicit? Nam propter nos scripta sunt: quoniam debet in spe qui arat arare, et qui triturat in spe fructus percipiendi. Si uos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si uos carnalia uestra metamus? Si alij potestatis uestrae participes sunt, quare non potius nos? Sed non usi sumus hanc potestatem: sed omnia sustinemus ne quod offendiculum demus euangelio christi. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur que de sacrario facte edunt, et qui altari seruiunt, cum altari participant? Ita et dominus ordinauit his qui euangelium annunciant: de euangelio uiuere. Ego

autē nullo horū usus sum. Non scripsi autē hec: ut ita in me fi-  
ant. Bonū est enī michi magis mori: quā ut glīam meā quis euacuet. Nam si euangelizaue-  
ro: non est michi glīa. Necessitas enī michi incumbit. Ve enī m-  
est: si nō euangelizaueo. Si enī uolens hoc ago: mercedē habeo. Si autē inuitus: dispensatio m-  
credita est. Quē est ergo merces mea: Vt euangelizū: predicās sine sūptu ponā euangelizū: ut nō abutar potestate mea in euan-  
gelio.

**xlh**

**N**am cū liber essem ex omnibus. omnib; omnium me seruū feci: ut plures lucrī facerē. Et factus sū iudeis tanquā iudeus. ut iudeos lucrarer. His qui sub lege sūt quasi sub lege essem. cū ipse nō essem sub lege: ut eos qui sub lege erant lucrificarē. his qui sine lege erant. tanquā sine lege essem. cū sine dei lege nō esse. sed in lege essem xpī: ut lucrificarē eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus: ut infirmos lucrificarē. Omnibus omnia factus sum: ut omīs facerem saluos. Omnia autē facio ppter euangēlium: ut particeps eius efficiar.

**xlh**

**N**escitis qđ hi qui in stadio currunt. omnes qđē currunt. sed unus accipit brauiū. Sic currite: ut comprehendatis. Omīs autē qui in agone contendit: ab omnib; se abstinet. Et illi qđ

dem ut corruptabilē coronā accipiant: nos autē incorruptā. **E**go autē sic curro: nō qđ in incertū. Sic pugno nō quasi aerē uerberans: sed castigo corp meū et in seruitutē redigo. ne forte cū alijs predicauerim ipse rebus efficiar.

**xlvi**

**N**olo enī uos ignorare frs: qm patres nrī omīs sub nube fuerūt. et omīs mare transierunt. et omnes in moise baptizati sūt in nube et in mari. Et omīs eandem escam spūalem manducauerūt: et omīs eundem potū spūalem biberunt. Bibebant autē de spūali: consequenti eos petra. Petra autē erat xpī. Sed non in plurib; eorū beneplacitum est deo. Nam pstrati sūt in deserto.

**xlvi**

**H**ec autē in figura facta sunt nrī: ut nō simus concupiscentes malorū sicut et illi concupierunt. Neq; idolatre efficiamini sicut quidā ex ip-  
sis: quēadmodū scriptū est. Sed dicit popl's manducare et bibere: et surrexerunt ludere. Neq; fornicem. sicut qđdam ex ip-  
sis fornicati sunt: et ceciderunt una die uiginti tria milia. Neq; tēptemur xpī sicut quidā eorū tēptauerunt: et a serpen-  
tib; pierunt. Neq; murmura-  
ueritis sicut quidā eorū murmurauerunt: et pierunt ab exterminatore.

**xlvi**

**H**ec autē omnia. in figura cōtingebant illis Scripta sunt

autē ad correctionē nrām: in q̄s  
fines sc̄lorū deuenerunt. Itaq; q̄  
se existimat stare: uideat ne ca-  
dat. Temptatio uos non apprehē-  
dat: nisi humana.

**Salv** **F**idelis autē d̄s est qui n̄ patiet̄  
uos temptari sup id q̄ potestis:  
sed faciet cū temptatione etiam  
puentiū ut possitis sustinere.  
Propter q̄ carissimi michi: fu-  
gite ab idolorū cultura.

**Salv** **E**t prudentib; loquor: uos ipsi  
iudicate q̄ dico. Calix benedicti-  
onis cui benedicim; nonne cōmu-  
nicatio sanguinis xp̄i est: Et  
panis quē frangimus. nonne par-  
ticipatio corporis d̄ni est: Qm̄  
unus panis unum corp; multi-  
sum; om̄sq; de uno pane partici-  
pamus.

**Salv** **V**idete isrl̄ sc̄dm carnē. Nonne  
qui edunt hostias participes s̄t  
altarū: Quid ergo dico: Qd̄ ido-  
lus immolatu; sit aliqd̄. aut qd̄  
idolū sit aliqd̄: Sed que immo-  
lant gentes: demoni; immo-  
lant et n̄ deo. Nolo autē uos so-  
cios fieri demoniorū. Non pote-  
stis calicē d̄ni bibere: et calicē de-  
moniorū. Non potestis mensē  
d̄ni participes eē: et mensē de-  
moniorū. An emulam; d̄nm?  
Nunq̄d fortiores illi sum;: Om-  
nia michi licent: sed n̄ om̄ia ex-  
pediunt. Om̄ia in̄ licent: sed n̄  
om̄ia edificant. Nemo qd̄ suū  
est querat: sed qd̄ alterius.

**Salv** **O**m̄e qd̄ in uacello uenit man-  
ducate: nichil interrogantes pp̄-

ter conscientiā. D̄ni est terra: et  
plentudo eius.

**Salv** **S**i quis uocat uos in fidelū ad  
cenā et uultis ire. om̄e qd̄ uob ap-  
ponit̄ manducate: nichil inter-  
rogantes pp̄ter conscientiā. Si q̄s  
autē dixerit hoc immolatiuū est  
idolis: nolite manducare pp̄ter illū  
qui indicauit. et pp̄ter conscientiā.  
Conscientiā autē dico n̄ tuā: sed  
alteri. Vt qd̄ em̄ libertas mea iudi-  
catur ab aliena conscientia: Si ego  
cū gr̄a participo. qd̄ blasphemor  
p̄ eo qd̄ ago gr̄as: Siue q̄ mandu-  
catis siue bibitis. uel aliud qd̄ fa-  
ciatis: om̄ia in gl̄iam dei facite.

**Salv** **S**ine offensione estote iudeis et gē-  
tibus; et eccl̄ie dei. sicut et ego per  
om̄ia om̄ib; placeo: non querens  
qd̄ michi utile ē: sed qd̄ multis ut  
salui fiant.

**Salv** **I**mitatores mei estote: sicut et ego  
xp̄i. Laudo autē uos fr̄s qd̄ p̄ om̄ia  
mei memores estis: et sicut  
tradidi uob precepta mea tenetis.

**Salv** **N**olo autē uos scire qd̄ om̄is uiri  
caput xp̄c est: caput autē mu-  
lieris uir. caput uero xp̄i d̄s.

**Salv** **O**m̄is uir orans aut pp̄hans ue-  
lato capite: decurpat caput su-  
um. Om̄is autē mulier orans  
aut pp̄hans n̄ uelato capite: de-  
curpat caput suū. Vnum est  
ei atq; si decaluet. Nam si non  
uelatur mulier: tondeat̄. Si ū  
turpe ē mulieri tonderi aut  
decaluari: uelut caput suum.

**Salv** **V**ir quidē non debet uelare  
caput: q̄a imago et gl̄ia est

dei. mulier autē gloria uiri est. Non enim uir ex muliere est: sed mulier ex uiro. Et enim non est creatus uir ppter mulierē: sed mulier ppter uirū. Ideo debet mulier potestatem habere supra caput: ppter anglos. Verumtamen neq; uir sine muliere. neq; mulier sine uiro: in dño. Nam sicut mulier de uiro: ita et uir p mulierē. Omnia autē ex deo. uos ipsi iudicate. Decet mulierē non uelata orare dñm: nec ipsa nasa docet uos. qđ uir qđdem si comā nutriat ignominia est illi. mulier uero si comā nutriat glia ē illi. qm̄ capilli p uelamine ei dati sunt. Si qđ autē uidet̄ contenciosus esse: nos talē consuetudinē n̄ habem̄. neq; ecclia dei. Hoc autē precipio: non laudans qđ n̄ in melius sed in deter̄ conuenit.

**P**rimū quidē conuenientib; uob in ecclia: audio scisural eē et ex parte credo. Nam oportet et hereses esse: ut et qui pbatū sūt. manifesti fiant in uob. Conuenientib; ergo uob in unū: iam n̄ est dñicam cenā manducare. Unusq; enim suā cenam presumit ad manducandum. Et alius qđdem esurit: alius autem ebrius est. Nunquā domos n̄ habeat̄ ad manducandū et bibendū. aut eccliam dei contempnit et confundit eos qđ n̄ habent: Quid dicā uob: Laudo uos: in hoc n̄ laudo.

didit uob: qm̄ dñs noster ihs in q̄ nocte tradebat̄. accepit panē. et grās agens fregit et dixit. Accipite: et manducate. Hoc est corpus meū qđ p uobis tradet̄. Hoc facite in meam cōmemorationē. Similiter et calicē postquā cenauit: dicens. Hic calix nouū testamentū est: in meo sanguine. Hoc facite quotienscūq; biberitis: in meā cōmemorationē. Quotienscūq; enim manducabitis panē hunc et calicē biberitis: mortē dñi annuntiabitis donec ueniat. Itaq; quicūq; manducauerit panē ut biberit calicē dñi indigne: reus erit corporis et sanguinis dñi. Probet autē seipsum homo: et sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudiciū sibi manducat et bibit. n̄ diiudicans corpus dñi. Ideo inter uos multi infirmi et imbecilles: et dormiūt multi. Qđ si uosmetipsos diiudicarem̄: n̄ utiq; iudicarem̄. Dū iudicam̄ autē a dño corripim̄: ut n̄ cum hoc mundo dāpnem̄. Itaq; fr̄s mei cū conuenitis ad manducandū. inuicē expectate. si qđ esurit domi manducet: ut non in iudiciū conueniat. Cetera autē cū uenero disponam.

**D**e spūalib; autē nolo uos ignorare fr̄s. Scitis qm̄ cum gentes essetis: ad simulacra muta prout ducebamini euntes. Ideo notū uobis facio: qđ nemo in

*lvi*

*lviij*

*lxix*

*lxx*

*lxxi*



spū dei loquens dicit anathema  
ihu. Et nemo potest dicere dñs  
ihs: nisi in spū scō. Diuisiones ū  
grārum sunt: idem autē spūs. Et  
diuisiones ministratiōnū sūt: idē  
autē spūs. Et diuisiones opationū  
sūt: idem uero dñs. qui opat omnia  
in omib;. Vnicuiq; autē datur  
manifestatio spūs: ad utilitatem.  
Alij qdem p spm dat sermo sapi  
entie: alij sermo scientie scdm  
eundem spm. alteri fides in eo  
dem spū. alij grā sanitatū in  
uno spū. alij opatio uirtutum.  
alij pphā. alij discretio spūum.  
alij genera linguarū. alij inter  
pretatio sermonū. Hec autē om  
nia opatur unus atq; idem spūs:  
diuidens singtis p ut uult. Si  
cut enī corpus unū est. et mē  
bra habet multa. omnia autē  
mēbra corporis cū sint multa.  
unū corpus sūt: ita et xp̄c. Et  
enī in uno spū om̄s nos in unū  
corpus baptizati sumus. siue iu  
dei. siue gentiles. siue serui. siue  
liberi: et om̄s uno spū potati su  
mus. Nam et corpus non est u  
num membrū. sed multa. Si di  
xerit pes qm̄ non sum manus.  
n̄ sum de corpore. n̄ ideo n̄ est  
de corpore. Et si dixit aur̄ q̄a n̄ sūt  
oc̄s. n̄ sūt de corpore. n̄ ideo n̄ sūt de cor  
pore: si totū corp̄ oc̄s. ū audit: si to  
tū audit ū odorat. Nūc autē posuit dñs  
m̄bra uniuq; q; eoz ī corp̄ sic uoluit. Qd̄  
si essent om̄ia unū membrū. ū  
corpus: Nūc autē. multa q̄  
dem mēbra: unū autē cor

pus. Non potest autē dicere oc̄s  
manui. opa tua n̄ indigeo. aut  
iterū caput patib;. n̄ estis michi  
necessarij. sed multo magis que  
uident mēbra corporis infirmita  
ta esse. necessaria sunt. et que pu  
tamus ignobiliora mēbra esse  
corporis. his honore abundantiorē  
circundamus. et que in ho  
nesta sunt n̄ra. abundantiorē  
honestatē habent. honesta autē  
n̄ra nulli egent: sed dñs tempera  
uit corpus ei cui deerat abundanti  
orē tribuendo honore. ut n̄ sit  
sc̄sina in corpore. sed in idipsum  
p̄mūcē sollicita sint mēbra.  
Et siquid patitur unum mem  
brū compatiunt om̄ia mēbra:  
siue gliatur. unū membrū. con  
gaudent om̄ia mēbra. Vos au  
tem estis corpus xp̄i: et mēbra  
de membro. Et quosdā quidem  
posuit dñs in ecclia. Primū aptos.  
secundo pphas. tercio doctores de  
inde uirtutes: ex in grās curati  
onū. op̄tulationes. gubernati  
ones. genera linguarum. Nun  
qd̄ om̄es apti: nunqd̄ om̄es pro  
phe: nunqd̄ om̄s doctores: nunqd̄  
om̄es uirtutes: nunqd̄ om̄s gra  
tiam habent curationū: nunqd̄  
om̄s linguis loquunt: nunqd̄  
om̄s interpretantur.

**S**imulamini autē carismata  
meliora: et adhuc excellentiorē  
uitam uob̄ demonstro. Si linguis  
hominū loquar et anglorum.  
caritatē autē non habeam: fa  
ctus sum uelut esonans aut

ixiii.

cymbalum tinnens. Et si habue-  
ro prophetiam. et nouerim misteria  
omnia. et omnem scientiam. et ha-  
buero omnem fidem ita ut mon-  
tes transferam. caritatem autem  
non habeam: nichil sum. Et  
si distribuero in cibos pauperum  
omnes facultates meas. et si tra-  
didero corpus meum ita ut arde-  
am. caritatem autem non habue-  
ro: nichil michi prodest. Cari-  
tas patientis est: benigna est. Ca-  
ritas non emulat: non agit pro-  
peria. non inflatur. non est ambicio-  
sa. non querit que sua sunt: non  
irritatur non cogitat malum. non gau-  
det super iniquitate. congaudet  
autem ueritati. Omnia suffert.  
omnia credit. omnia credit. om-  
nia sustinet. omnia sperat. Cari-  
tas nunquam excidit. Siue pro-  
phetie euacuabuntur. siue lingue  
cessabunt: siue scientia destru-  
etur. Ex parte enim cognoscimus:  
et ex parte prophetamus. Cum au-  
tem uenerit quod perfectum est: euacu-  
abitur quod ex parte est. Cum  
essem paruulus. loquebar ut par-  
uulus. sapiebam ut paruulus. co-  
gitabam ut paruulus. Quando  
autem factus sum uir: euacuauit  
que erant paruuli. Videmus  
nunc per speculum in enigmate:  
tunc autem facie ad faciem. Nunc  
cognosco ex parte: tunc autem  
cognoscam sicut et cognitus sum.  
Nunc autem manent fides. spes.  
caritas. tria hec. Maior autem  
horum est caritas.

137

**S**ectamini caritatem. emulamini  
in spiritualia: magis autem ut prophetis.  
Qui enim loquitur lingua: non homi-  
nibus; loquitur sed deo. Nemo enim  
audit: spiritu autem loquitur miste-  
ria. Nam qui prophetat: hominibus  
loquitur ad edificationem et exhor-  
tationem. et consolationem. Qui  
loquitur lingua semetipsum edificat:  
qui autem prophetat. ecclesiam edificat.  
Volo autem omnes loqui linguis: ma-  
gis quam prophetare. Nam maior est  
qui prophetat quam qui loquitur linguis:  
nisi forte interpretetur. ut ecclesia  
edificationem accipiat. Nunc au-  
tem fratres si uenero ad uos linguis lo-  
quens. quod uobis prodero nisi uobis  
loquar aut in reuelatione aut  
in scientia. aut prophetia aut doctri-  
na: Tam enim que sine anima sunt  
uocem dantia. siue tuba. siue ci-  
thara. nisi distinctionem sonitu-  
um dederint. quomodo sciet  
id quod canitur aut quod cythari-  
zatur: Et enim si incertam uocem  
det tuba. quis parabit se ad bellum:  
Ita et uos per linguam nisi manife-  
stum sermonem dederitis. quomo-  
do sciet quod dicitur: Eritis enim in  
aera loquentes. Tam multa ut  
puta genera linguarum sunt  
in hoc mundo: et nichil sine  
uoce est. Si ergo nesciero uirtu-  
tem uocis: ero ei cui loquor bar-  
barus. Sic et uos. Quoniam emulato-  
res estis spirituum: ad edificatio-  
nem ecclesie querite ut abun-  
detis. Et ideo qui loquitur lingua:  
oret ut interpretetur. Nam si

*J. xiiii.*

orem lingua. sp̄s m̄s orat: m̄s  
autē mea sine fructu est. Quid  
ergo est? Orabo sp̄u. orabo et  
mente: psallā sp̄u. psallā et  
mente. Ceterū si benedixerit  
sp̄u: quis supplet locū idiothe?  
Quom̄ dicet amen sup tuam  
benedictionē? qm̄ qd̄ dicas nel  
cit. Nam tu qd̄em bene gr̄as  
agis: sed alter n̄ edificat. Gr̄as  
deo meo. qd̄ om̄ium ur̄m lin  
gua loquor: sed in ecclia uolo  
quinq; uerba sensu meo loq̄ ut  
et alios instruā. quā decē milia  
uerborū in lingua. Fr̄s. nolite  
pueri effici sensib; . sed malicia  
paruuli estote: sensib; autem  
p̄fecti estote. In lege scriptum  
est. qm̄ in alijs linguis et labi  
is alijs loquar populo huic: et  
nec sic exaudient me dicit do  
minus. Itaq; lingue in signū  
sunt n̄ fidelib; sed infidelibus:  
p̄phie autē non infidelib; sed  
fidelib;. Si ergo conueniat uni  
uersa ecclia in unum. et om̄s  
linguis loquant̄. intrent au  
tē idiothe aut infideles. non  
ne dicent qd̄ infantis? Si au  
tē omnes p̄phent. intret autē  
q̄s infidelis ut idiotha. con  
uincit̄ ab om̄ib; diudicatur  
ab om̄ib; . occulta cordis ei ma  
nifesta fiunt: et ita cadens in  
faciē adorabit dñm. p̄nunci  
ans qd̄ uere d̄s in uob̄ sit. Qd̄  
ergo est fr̄s? Cum conueni  
tis: unusq̄sq; ur̄m psalmum  
habet. doctrinā habet. apo

calipsin habet. linguā habet. inter  
pretationē habet. Om̄ia ad edi  
ficationē fiant. Siue lingua q̄s  
loquit̄: scdm̄ duos aut ut mul  
tum tres. et p̄ partes. et unus in  
terpretet̄. Si autē n̄ fuerit inter  
pres taceat in ecclia: sibi etiam  
loquat̄ et deo.

**P**rophete duo aut tres dicant:  
et ceteri diudicent. Qd̄ si alij  
reuelatū fuerit sedenti: prior  
taceat. Potestis em̄ om̄s p̄ sin  
gulos p̄phare: ut om̄s discant  
et om̄s exhortent̄. Et sp̄s p̄pha  
rum: p̄phis subiectus ē. Non em̄  
est dissensionis d̄s sed pacis: si  
cut in om̄ib; ecclijs sc̄orum doceo.

**M**ulieres in ecclijs  
taceant. Non em̄ p̄mittit̄ eis  
loqui: sed subditas esse sicut  
lex dicit. Si qd̄ autē uolunt di  
cere: domi uiros suos interro  
gent. Turpe est em̄ mulieri  
in ecclia loqui. An a uob̄ uer  
bum dei p̄cessit. an in uos so  
los puenit? Si quis uidet̄ p̄pha  
esse aut sp̄ualis: cognoscat q̄  
scribo uobis. q̄a dñi sunt man  
data. Si q̄s autē ignorat: igno  
rabit̄. Itaq; fr̄s emulamini pro  
phare: et loqui linguis nolite  
p̄hibere. Om̄ia autem honeste  
et scdm̄ ordinē fiant in uobis.

**N**otum autē uob̄ facio fr̄s  
euanglium qd̄ predicauit̄ uobis.  
qd̄ et accepistis. in quo et statis.  
p̄ qd̄ et saluemini. qua ratione  
predicauerim uob̄ si tenetis. in  
si frustra credidistis. Gradidi

em̄ uob̄ in primis q̄d et accepr̄: qm̄  
 xp̄c mortuus est pro peccatis no-  
 stris sc̄dm̄ sc̄pturas. et quia se-  
 pulchus est. et q̄a resurrexit ter-  
 tia die sc̄dm̄ sc̄pturas. et quia  
 uisus est cephe. et post hec un-  
 decim. Deinde uisus est plusquā  
 quingentis fr̄ib; simul: ex quib;  
 multi manent usq; adhuc. q̄dā  
 autē dormierunt. Deinde uisus  
 est iacobo: deinde apl̄is om̄ib;.  
 Nouissime autē omniū tanq̄  
 abortiuo: uisus est et michi. Ego  
 em̄ sum minimus ap̄toꝝ qui  
 non sum dignus uocari ap̄ls:  
 qm̄ p̄secutus sum eccliam dei.  
 Gr̄atia autē dei sum id q̄d sum:  
 et gr̄a eius in me uacua n̄ fuit.  
 et abundantius illis om̄ib; labo-  
 ranti. n̄ ego autē. sed gr̄a dei me-  
 cum. Siue em̄ ego siue illi sic pre-  
 dicaui: et sic credidistis. Si au-  
 tē xp̄c predicat̄ q̄d resurrexit  
 a mortuis. quomodo q̄dā di-  
 cunt in uob̄ qm̄ resurrectio  
 mortuorū non est. Si autē re-  
 surrectio mortuorū non est:  
 neq; xp̄c resurrexit. Si autē  
 xp̄c n̄ resurrexit: inanis est  
 predicatio nr̄a. inanis est fides  
 nr̄a. Inuenim̄ autē et falsi te-  
 stes: qm̄ testimoniū diximus  
 aduersus dñm̄ q̄d suscitauerit  
 xp̄m̄ quē non suscitauit. Nā  
 si mortui n̄ resurgunt: neq;  
 xp̄c resurrexit. Q̄d si xp̄c non  
 resurrexit: uana est fides ue-  
 stra. Adhuc em̄ estis in pecca-  
 tis ur̄is. Ergo et qui dormie-

runt in xp̄o: perierunt. Si in  
 hac uita tantū in xp̄o sp̄antes  
 sumus: miserabiliores sumus  
 om̄ib; hominib;. Nunc autē  
 xp̄c resurrexit a mortuis pri-  
 mitię dormientiū: qm̄ quidē  
 p̄ hominē mort. et p̄ hominē  
 resurrectio mortuorū. Et si-  
 cut in adam om̄s moriunt̄:  
 ita et in xp̄o om̄s uiuificabunt̄.  
 Vnusq; autē in suo ordine.  
 Primitię xp̄o. Deinde hi qui s̄c̄  
 xp̄i qui in aduentu ei credide-  
 runt: deinde finis eum tradi-  
 derit regnū deo et patri cum  
 euacuauerit om̄nē principa-  
 tū et potestātē et uirtutē. Opor-  
 tet autē illū regnare: donec  
 ponat om̄nes inimicos sub pe-  
 dib; ei. Nouissima autē inimi-  
 ca destruet̄ mort. Om̄ia autē  
 subiecit sub pedib; ei. Cū autē  
 dicat om̄ia subiecta s̄c̄ ei: sine  
 dubio preter eū qui subiecit ei  
 om̄ia. Cum autē subiecta illi  
 fuerint om̄ia: tunc ipse fili⁹  
 subiectus erit illi qui sibi sub-  
 iecit om̄ia: ut sit d̄s om̄ia in  
 om̄ib;. Alioquin quid faciūt  
 qui baptizant̄ p̄ mortuis: si  
 om̄ino mortui non resurgūt.  
 ut q̄d baptizant̄ p̄ illis: ut q̄d  
 et nos p̄dicam̄ om̄i hora.  
 Cotidie morior p̄ ur̄am gl̄iam  
 fr̄s: quā habeo in xp̄o ihu  
 dño nr̄o. Si sc̄dm̄ hominē ad  
 bestias pugnaui ephesi. quid  
 michi p̄dest si mortui n̄ resur-  
 gunt: Manducem̄ et bibam̄:

cras enim moriamur. Nolite seduci.  
Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti: et nolite peccare. Ignorantiam enim dei quidam habent. Ad reuerentiam uobis loquor. Sed dicit aliquis. Quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore ueniunt? Insipiens tu quod seminas non uiuificat: nisi prius moriat. Et quod seminas non corpus quod futurum est seminat: sed nudum granum ut puta tritici aut aliorum. Dominus autem dat illi corpus sicut uult: et unicuique seminum proprium corpus. Non omnis caro eadem caro: sed alia hominum. alia pecorum. alia caro uolucrum. alia autem piscium. Et corpora celestia. et corpora terrestria: sed alia quidem celestium gloria. alia terrestrium. Alia claritas solis. alia claritas lune: alia claritas stellarum. Stella enim ab stella differt in claritate. Sic et resurrectio mortuorum. Seminat in corruptione: surget in incorruptione. Seminat in ignobilitate: surget in gloria. Seminat in infirmitate: surget in uirtute. Seminat corpus animale: surget spirituale corpus. Si est corpus animale: est et spirituale. Sicut scriptum est. Factus est primus homo adam in animam uiuentem: nouissimus adam in spiritum uiuificantem. Sed non prius quod spirituale est sed quod animale est: deinde quod spirituale est. Primus

homo est de terra terrenus: secundus homo de celo celestis. Qualis terrenus tales terreni: et qualis celestis. tales et celestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni: portemus et imaginem celestis. Hoc autem dico fratres: quoniam caro et sanguis regnum dei possidere non possunt: neque corruptio in corruptelam possidebit. Ecce misterium uobis dico. Omnes quidem resurgent: sed non omnes immutabuntur: in momento in ictu oculi. in nouissima tuba. Canet enim tuba. et mortui resurgent incorrupti: et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorta est mors in uictoria. Vbi est mors uictoria tua. ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est: uirtus uero peccati lex. Deo autem gratias: qui dedit nobis uictoriam per dominum nostrum iesum christum. Itaque fratres mei dilecti. stabiles estote. et immobiles: abundantes in opere domini semper. scientes quod labor uester non est inanis in domino.

**D**e collectis autem que fiunt in sanctis: sicut ordinauimus ecclesie galachie ita et uos facite. Per unam sabbati unusquisque uerum apud se reponat recondens quod

lxvi

ei bene placuerit: ut n̄ cum uenero tunc collecte fiant. Cū autē presens fuero: quos pbaueri ut p̄ eptas. hos mitā p̄ferre gratiā ur̄am in ier̄lm̄. Qd̄ si dignū fuerit ut ego eam: me cū ibunt. Veniam autē ad uos cū macedoniā p̄transiero. Nā macedoniā p̄transibo. Apud uos autē forsitan manebo. uel etiā hie mabo: ut uos me deducatis quocūq; iero. Nolo enī uos modo intransitu uidere. Spo enī me aliquantū temporis manere apd̄ uos: si dñs p̄miserit. Per manebo autē ephesi usq; ad pentecosten. Ostium enī michi ap̄tū est magnū et euident: et aduersarij multi. Si autē uenerit timochs: uidete ut sine timore sit apud uos. Opus enī dñi opatur: sicut et ego. Ne q̄s ergo illum sp̄nat. Deducite autē illū in pace: ut ueniat ad me. Expecto enī illum cū fr̄ib;

*Thexii* De apollo autē fr̄e notū uob facio q̄a multū rogauī eū ut ueniret ad uos cū fr̄at̄ib;: et utiq; n̄ fuit uoluntas eius ut nunc ueniret. Veniet autem cū ei uacuum fuerit.

*Thexiii* Vigilate st̄ate in fide. uiriliter agite et confortamini. Omnia ur̄a in caritate fiant.

*Thexix* Obsecro autē uos fr̄s. nostis domū stephe et fortunati: qm̄ fr̄e primitiē achaie. et in ministeriū sc̄oz ordinauerunt

seipso. ut et uos subditi sitis ei modi. et om̄i coopante et laboranti. Gaudeo autē in presentia stephe et fortunati et achaici: qm̄ id qd̄ uobis deerat. ipsi suppleuer̄. Refecerunt enī et me cū sp̄m et ur̄m. Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt.

*Thex* Salutant uos ecclie asiē. Salutant uos in dño multū aq̄la et p̄sca cū domestica sua et desia: apd̄ q̄s et hospitor. Salutant uos fr̄s om̄s. Salutate in uicē in osculo sc̄o. Salutatio mea manu pauli.

*Thexi* Siquis n̄ amat dñm nr̄m ih̄m xp̄m: sit anathema maratana. Gr̄a dñi nr̄i ih̄u xp̄i uobiscum. Caritas mea cū om̄ib; uob̄ amen. **Explicit epta ad corinthios prima.**

**Incipiunt capta in epta ad corinthios secunda.**

- D**e passionibus et consolationibus. *i*
- D**etribulatione et gentiū et pauli. et ceterozū ei in asia. et qd̄ nemo in se fiducia habere debeat. sed in dño. *ii*
- D**e mutua generatione in die dñi. *iii*
- D**e apto dñi testante. qd̄ aduentū suū corinthijs parcendo distulerit. *iiii*
- D**e differentia tristitię. et apli oburgatione peccata remittentis. *v*
- D**esc̄is qd̄ sint saluatis odor uitę in uitā. peccantib; ut odor mortis in mortē. et de adulterantib; uerbū dei. *vi*
- D**e eptijs cōmendatit̄is. *vii*
- D**e duob; testamentis utiq; distantie. et qd̄ ubi ē sp̄s dñi ibi sit et libertas. *viii*
- D**e ambulatib; in astutia. et de adul *ix*

terantibus uerbu dei.

x

**D**e deo istius scilicet sensum infidelium excorante et de dno ihu qd imago est dei.

xi

**D**e passionibus; et tolerantia passionum et gloria.

xii

**D**e dissolutione terreni corporis ac presentis et edificacione ex deo que est sempiterna.

xiii

**D**e peregrinatione sanctorum a dno quoadiu sit in corpore et presentia apud dnm cum excedit de corpore. et de manifestatione omnium ante tribunal dmi ihu xpi.

xiiii

**D**e aplo suadente hominibus.

xv

**D**e his qui in facie et non in corde gloriantur.

xvi

**D**e abolitione ueterum et renouatione creature. et reconciliatione nostra ad dnm nrm ihu xpm.

xvii

**D**e passionibus; et laboribus; aplo. et rerum omnium reparatione.

xviii

**D**e separatione fidelium ab infidelibus. et domus sancti templum sint dei.

xix

**D**e integritate aplo.

xx

**D**e tribulatione pauli. et comitum eius in macedonia et consolacione ex aduentu suo. et corinthiorum emendacione. et tristitia secundum dnm. et tristitia sancti.

xxi

**D**e ministerio quod fit in sanctis.

xxii

**D**e collectione corinthiorum et equalitate per ut quis habuit. et de ministerio quod fit in sanctis.

xxiii

**D**e armis spiritualibus. et carnalibus. et aplo potestate. et de his qui seipsum commendare conantur.

xxiiii

**D**e aplo corinthios uirgini comparante et timente ne quemadmodum serpens eum seduxit fallerentur.

xxv

**D**e integritate aplo.

xxvi

**D**e pseudo aplo et seductoribus; ecclesiarum. et de aplo ex necessitate paululum gloriantem. passiones suas et labores et pericula plurima retexente. et raptum

se usque ad tertium celum in paradysum post annos. xliij. enarrantem.

**D**e integritate aplo et seueritate accepte potestatis a dno. eos qui penitentiam non egerunt comminante.

xxvii

**D**e aplo corinthios consolante.

xxviii

Explicit capitula.

**I**ncipit argumentum. ostendit actam penitentiam. consolatoria epistola scribit eis a troade per titum. et collaudat eos hortatur ad meliora. contristatos quidem eos. sed emendatos ostendens. Explicit argumentum.

**I**ncipit epistola secunda ad

corinthios.

AVLVVS aplo

ihu xpi per uoluntatem dei. et

timothis frater:

ecclesie dei que

est corinthi.

cum sanctis omnibus;

qui sunt in

uniuersa achaia. Gra uob et

pax a deo patre nro et dno ihu

xpo. Benedictus ds et pater

dni nri ihu xpi. pater misericordiarum. et ds totius consolacionis. qui consolatur nos in omni tribulatione nra: ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt. per exhortacionem qua exhortamur et ipsi a deo. quoniam sicut abundant passiones xpi in nob. ita ut per xpm abundant consolacio nra. Sive autem tribulamur pro ura exhortacio

